



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Quomodo decimabant mentam & anethum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

primariis prouinciæ, & principum calamitatum
causis, recenseamus blasphemiarum licentiam.

VERSVS 23. & 24.

*Va vobis scribae & Pharisei hypocri-
ta: qui decimatis mentham, & a-
nethum, & cyminum, & reliquistis
que graviora sunt legis, iudicium
& misericordiam & fidem. Hac o-
portuit facere & illa non omittere.
Duces caci excolantes cutilem, ca-
melum autem glutientes.*

QVÆSTIO I.

Quomodo decimabant mentam & anethum?

ſi. **V**erbum Græcum ἀποδεκαζετε est verbum am-
biguum, nā dare, & accipere decimas ſignifi-
cat, quemadmodum & Hebræum נָתַתָּה v. Reg. 8.
& Gen. 28. Dabant autem Phariſæi & ſcribæ decimas
Leuitis & Sacerdotibus, qui Leuitæ, aut Sacerdotes
non erant. Leuitæ ſacerdotibus, hi ſummo pontifici.
Eaque tantum minutim & accurate, ſed negligebant alia
maiora: iudicium, miſericordiam, fidem. Perinde ac
ſi quis fundos alienos corrupto iudice obtineat, pu-
pilos crudeliter expellat, pactis conuentis ſtare no-
lit, interim cereum Eccleſiæ offerat.

§. 2. An rerum exiguarum decimas dare tenerentur disputant interpretes. Lyranus, Salm; Iansen. negant de tam parvis legem esse latam. Toletus alique veritas affirmant. Nam Christus asserit. *Hec oportuit facere, & illam omittere.* & satis constat, ex Leuit. 27. Num. 8. Deut. 14. & 26. Vbi omnium humo nascentium decima imperantur. Sed hanc disputationem ad illa loca remitto.

§; Christifinitutum est, vt hypocritin ostendat,
in leuibz obseruationem legis simulantē, in magnis,
vbi operę precium fraudis esse videtur, prauaricantē.
Quę etiam prouerbiali locutione exponit cum ait:

Culicem excolere, Camelum deglutire. Velv in Syro est, plurali numero, *Culices, & Camelos.* Qui per *Camelum* funem nauticum intelligunt, aberrant: nam per iota scribitur cum illam significationem habet. Deinde maiorem analogiam horū animalium collatio habet.

53. Bellarminus l. i. c. 9. de amissione gratiæ, & flat-
tu peccati ex hoc loco probat aliqua esse peccata veni-
alia. Quædam peccata culicibus, quædam Camelis
comparantur, inter quæ nulla fere est comparatio.

Contra Pareus insurgit. [Quis culicem hunc non rideat? Tot vitia confectionis sunt, quot vocabula.

analogia, ἀναλογία, assumptio falsa est. Neq; enim Dominus prouerbiali dicto proportionem instituit

peccatorum, sed et harifrorum taxat hypocrisin, quod
in carnalibus legis minoribus, omnem religio-
nem ponerent; moralia grauiora securè negligerent.]
Ne iudefactor culicem, non est dignus tuo cacinno,

to exisio interclusa gula glutiant. Culex naturā suā cum vino haultus, et si nauſeam pariat, non tamen vitæ perniciem adfert: Camelum sine certâ morte nemo vorarit. Culex igitur venialia, Camelus mortalia significat. Iunius & Tremellius prouerbialē volunt esse sententiā, quā pulchrè exprimitur putida in rebus minutis hypocritarum anxietas. Verum non est putida illa cura seruandi minora mandata, cauendi delicta leuiora, minimè Caluinistis, quibus & illa minuta sunt mortalia. Non igitur reprehenditur sollicitudo minorum, sed exprobratur neglectus maiorum. Hæc oportebat facere, & illa non omittere. Quod si putida est sollicitudo, non possunt esse mortalia; neque enim putide anxius est, qui peccata, quæ ignis æterni obnoxium cruciatibus faciunt, serio fugiunt.

VERSUS 25. & sequentes.

*Va vobis scribae & Pharisei hypocri-
tae, quia mundatis quod de foris est
calicis & paropsidis. intus autem
estis pleni rapina & immundi-
tia, &c.*

QVÆSTIO I.

Quomodo externa mundant, interna minime?

91. **D**vplici similitudine Phariseorum hypocri-
sin ante oculos ponit. Extrema enim paro-
pdis seu calicis emundant. Pro paropdis Syrus ha-
bet; *que sunt anse*. *וְדִבְרֵי* *Vedazbara*, vbi est positu
pro *q* vt sit gabata vas, sunt exemplaria, quæ habent
וְדִבְרֵי *Beza* latinis dicere maluit, cum sit nomen
paropdis. Latini etiam vitatum. Contra eor facit
quam natura exigit, Pharisei; In supellecile quæ
cibus ministratur, interior mundities quaritur, nigror
ollæ exterior naufem nullam parit: at si intus sordes
animaduertantur, etiam delicatissima fastidio sunt.
Non ab infime est Dei de hominis puritate iudicium;
si animus sit putus, ille præstantissimus Dei cultus est;
mundiciem ex illo sacratio actiones suam trahunt.

At Pharisei exterius compositi, modesti, largi, deuoti apparebant, intus γενοα, pleni sunt & diuitias iniustitiâ, ubi alij habent ἀκαταστασία, intemperantiâ, alij ἀκαθαρσία, immunditiâ. Foris aurum erant, intus lutum.

Altera similitudo est sepulchrorum dealbatorum
~~κελευσμένων~~, hoc est tectorio indutorum, quæ intus
 plena sunt ossibus mortuorum. Magna apud Iudæos
 sepulchrum erat cura, quam Christus non repre-
 hendit, sed quales illi sint ostendit.

§. 2. Noliſt Chriſtus monumenta, aut oſſa ſanctorum hac comparatione contemnere, vt hoc loco fingunt hæretici. Quamuis enim oſſa ſanctorum, ſint oſſa mortuorum, ſunt tamen & oſſa viuientium cum Deo, ſunt templa gratiæ; & quemadmodum eſt precioſa in conſpectu Domini motſ ſanctorum eius, ita & cadauera, quorum omnes pilos Deus in numero habet, vt corpus reſuſcitet, & gloriâ circumdet. Reſpondet vero illis S. Iuſtin. q. 28. Mortuorum corporum cadauera & eorum ſepulchra abominationi ſunt, propter conſequentem grauoleſcentiam, nam ſi omnino propter mortuorum abominationi eſſent deſunctorum corpora, non oporteres animantium mortuorum partes accomodare ad viuientium uſum, pelles, cornua, pilos, bilem, adipem, carnes: quæ nulla ratione ex eâ, quæ illis a deſt eximi poſſunt mortalitate. Quod ſi hæc quodq; ſunt emortua minus tamē deſertationi ſubiecta, propter eorum uſum: quomodo multo abſurdiſſimum non eſt, putari quæ iſta uſus eorum gratia exciſimari, abominationi uero Græcorū ſubdiſta eſſe ſanctorum corpora, & ſepulchra Martyrū: quæ & Daemonum amolium ſunt inſidiis, & morborū

ab arte

Ossa san-
ctorum non
contemnen-
da.